

7. Der Text des Briefes

Überlieferung: Paris, Bibliothèque Nationale, Nouv. acq. lat. 229, Blatt 17^r–19^r.

Ausgabe: Gabriel Meier (wie Anm. 28) Seite 34–36.

Deutsche Wiedergabe: Oben S. 407–426.

Dilectissimo in vinculo caritatis amico Herrando¹, omnigenis liberalis scientiae disciplinis insigniter erudito, H. pauperum Christi *abortivum vile*², debitum fraternae dilectioni memoriale.

Quamvis localitate corporali a tui commanentia separatus existam, tamen quia in tui pectoris domicilio inexhaustum sapientiae fontem veraeque caritatis dulcedinem scio, spiritualiter tibi connexus^a post te, mi karissime frater, tota mentis aviditate iugiter anhelō. Sed quoniam mellita vivae vocis tuae affabilitate praesentialiter careo, saltem per huius cartulae compaginem cuiusdam quaestionis, quam mecum diu ruminando tractabam, subtilitatem tecum retractare percipio.

Igitur cum iuxta ingenioli mei gracilitatem <compoti^b> regulas sedula mente perscrutari quaeritarem, lunarem mensem tardus calculator incurri, cuius temporis quantitatem nondum ab aliquo compotistarum ad certum diffinitum inveni. Siquidem omnes, quos adhuc invenire potui, compotistae mensem lunarem XXVIII dies horasque tantum XII dicunt habere³, et quod maxime ammīror, doctissimus presbyter Beda ex ipsa duodecima hora aliquid conatur auferre⁴, unde contingat unum lunae diem praetermitti saltus ratione, cum cunctis scire volentibus constet necessario eundem mensem super XXVIII dies^c horasque^c XII aliquantulum recipere.

Si enim *nihil ultra* illud temporis spacium haberet, necesse utique foret, ut in omnibus mensibus solita tricenorum servaretur *alternitas* dierum, nec esset, unde in omnibus *embolismis et bissextilibus mensibus* luna plene XXX dies acciperet⁵. Ad haec si numerum ipsum altius ac diligentius enucleare volumus, non minimam super XXVIII dies et semissem morulam mensem praedictum possidere probamus. Denique antiquorum sollertia solis et lunae cursus in decennovenali cyclo coaequari ad purum inven-

a) conexus Hs. b) von mir hinzugefügt. c) verbessert aus horasque dies Hs.

¹) Zur unsicheren Identifikation des Empfängers oben Anm. 58–64.

²) 1. Korintherbrief 15,8.

³) Notker der Deutsche, De quatuor quaestionibus compoti, hg. Gabriel Meier (wie Anm. 28 und 78) S. 33.

⁴) Beda, De temporum ratione c. 11, CC 123 B, 314–316.

⁵) Notker, De quaestionibus S. 33.